AUGUSTINUS
Saint-Amand, Anfang 9. Jh. Seite 168
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38221
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek



Nam et ipsum symonem dicit tamen quia non est contra
naturam uel contra morem hominum ut si potest unus
homo habere nomina duo. Multo magis possint et unum
nomen habere hominis duo, Potius credibile est. Alium
fuisse illum symonem non leprosum in cuius domo hoc in bethania
gerebatur, Nam ne lucas in bethania rem gesta
dicit quam narrat. Et quamuis non commemorat ciui
tatem aut castellum ubi factum sit. Tamen non uidetur
in eodem loco uersari eius narratio. Nihil itaque aliud intel
legendum arbitror nisi quidem aliam fuisse mulierem
quae peccatrix, Tunc accessit ad pedes ihu. et osculata est,
et lauit lacrimis et tersit capillis et unxit ungento, Cui dns
adhibita similitudini de duobus debitoribus, Ait dimissa esse
peccata multa. Quoniam dilexit multum, sed eandem mariam
bis hoc fuisse semel scilicet quod lucas narrauit quoniam pri
mo accedens cum illam humilitate et lacrimis meruit pec
catorum remissionem. Nam hoc et iohannes quamuis
non sicut lucas quemammodo factum esset narrauerit.
tamen ipsam mariam commendans commemorauit. Quoniam
iam de lazaro resuscitando coepisset loquiante quam uenirat
in bethaniam quod ita ibi narrat, Erat autem quidam inquit
languens lazarus ab bethania de castello mariae et masthe
sorores eius, Maria autem erat quae unxit dnm ungen
to et extersit pedes eius capillis suis. Cuius frater laza
rus infirmabatur hoc dicens iohannes adtestatur lucae
qui hoc in domo pharisaei cuiusdam symonis factum esse narrauit.
Iam itaque hoc maria fecerat, Quod autem in bethania
rursus fecit. Aliud est quod ad lucae narrationem non pertinet
sed pariter narratur a tribus. Iohannes scilicet mattheo
et marco, Inter istos igitur tres mathm marcum et iohan
nen. Quemadmodum hoc conueniat attendamus,
De quibus non est dubium quod eandem rem narrent gestam